

**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvscvlorvm Spiritvalivm  
Tomvs ...**

**Łęczycki, Mikołaj**

**Antverpiae, 1650**

De modo colendi Deum per vitam sancta[m]. Cap. XXXII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78821](#)

qui poculum frigidae solū dat propter Deum; regni colorum bareatatem adibit: qui omnia fecerit propter Deum & considera quantam habebit compensationem: Quin & propter Deum ingredi, & propter Deum intreri possumus. At quomodo intreri & ingredi propter Deum licet: quando non ait improbitatem curri: quando non in alienam pulchritudinem nimis inquiris: quando mulierem occurrentem videns, referens oculos, & timore Dei propter Deum, munus aspectum: quando non preciosis vestibus & delicatis, sed his qua regere non possunt, induimur. Sed & ad imos usque calceos demittere hunc morem licet. Eousque enim: mollitiae luxusq; delapsi sum homines, ut & calceos exorment, & omni ex parte, quæ ac faciem suam alij componunt, variare soleant, quod anima impura ac depravata sumus est. Quanguam enim peregriguum hoc esse videatur, tamen tum in viris, tum in feminis magnum perditam meritis argumentum & significatio est. Licet ergo & calceis ipsi propter Deum vti, cum omnino usum querimus; & hunc vtendorum calceorum suum habuerimus. In gressu enim & amictu nos Deum gloriam afficere posse, cognoscere ex eo quod Sapiens quidam olim dixit: Vestitus viri, & risus oris, & incessus pedum, indicant hominem. Quando enim honeste reflit, gravitatis pleni, & multam uero omni re gerendâ modestiam adhidentes, in aspectum hominum prodimus: quæ infidelis, qui intemperans, qui turbulentus est vir; & quanquam fatus, atque inconsideratus fuerit, tamen primo quoque occursa in aliquem eius generis hominem intuens, omni illum honore ac admiratione prosequitur. Si vxorem duxerimus, propter Deum hoc faciamus: non ut facultates maiores acquiramus, sed ut temperanter vivamus: anima nobilitatem, non pecuniarum abundantiam inquiramus: non majorum splendorem, sed morum virtutem perseguamus & modestiam, vita sociam, non lenociniorum comitem capiamus. Ceterum quid opus est omnia conmemorare? Licet vobis ex his que dicta sunt, singula quæ sunt aut geruntur, percurrere, & omnia propter Deum facere. Et quemadmodum mercatores nautantes Maria, & ad civitates appellantes, non prius audeant a portu, & in foros condescendunt, prouisquam intelligent aliquod lucrum esse in mercimonij: sic nec tu quicquam facias, nec dicas, nisi lucrum aliquod habeas secundum Deum. Ne dicas autem, neminem posse omnia propter Deum facere, quando enim calceamenta, cesaries, vestitus, incessus, aspectus, verba, confessus, exitus, facie, laudationes, virtuperationes, commendationes, amicitia, inimicitia, possunt propter Deum fieri: quid refusat, si volauerimus, quod non poterimus propter Deum facere? Quid carceris custodibus deterius esse potest? Nonne haec vita omnium nequissima esse videtur? Licet tamen ei qui velit, inde lucrum reportare, quando vincis parcit, quando iniuste in carcere coniectis commodat, & in alienis calamitatibus commodatur: quando communis proponitur omnibus afflictis portus, ita custos carceris Pauli seruabatur. Ex quo satis liquet, quid ex omnibus rebus, si voluerimus lucrum facere poterimus. Qualem ergo excusationem habebi-

Eccl. 19.  
27.

mus nos, qui dicimus ex omnibus rebus lucrifacere, & omnia propter Deum nos facere non posse, cum inueniamus etiam qui è cade lucrum fecerunt, vii fecerunt. Si animum aduertere voluerimus, siue emendum, siue vendendum sit, per omnem vitam spirituali hanc mercaturam faciemus. Ut si tolerabilis pretio, nihil amplius requiramus: si difficultatem annone, nequam obseruemus. & cum egenitibus diuendamus. Maledictus enim, inquit ille, qui rerum frumentarie caritatem auget. Sed quid oportet singula percensere? Vno exemplo, omnia colligenda fuerunt. Quemadmodum enim adiutores cum murum exstructi sunt, amus ab angulo ad angulum ducunt, atque ita murum pertinxunt, ut minimè inegaliter eius ora existat; sic & nos, pro amissi verbun hoc adhibeamus, quod apud Apostolum est. Siue editio, siue bibitis, siue quid aliud faciis, omnia ad gloriam Dei facite. Siue ergo precemur, siue ieiunemus, siue accusemus, siue condonemus, siue laudemus, siue virtuperemus, siue ingrediamur, siue exeamus: siue vendamus, siue emamus, siue taceamus, siue disputeamus, siue aliud quid faciamus: omnia ad gloriam Dei faciamus. Et si quid ad gloriam Dei non pertinet, illud neque facio, neque dicto à nobis usurpetur. Sed pro baculo magno, pro armis, pro praesidio, pro thesauris inexplicabilibus, hoc dictum animo inscribentes, nobiscum quamcumque viam ingressi fuerimus, circumferamus, ut omnia ad gloriam Dei facientes, loquentes, suscipientes, tunc hic, tunc post hanc vita peregrinationem, gloriam ab eo consequamur. Ait enim: Gloriâ afficienes me gloriâ afficiamus. Non dictis ergo, sed factis ipsiis illum. Reg. 2. asiduè gloriâ afficiamus: quia illum decet gloria ad 30. omnem eternitatem. Amen.

## CAPVT TRIGESIMVM SECUNDVM.

*De modo colendi Deum per vitam  
Sanctam.*

**Q**UAMVIS vita sancta sit & dici debeat vita bona, tamen non omnis vita bona, est vita sancta. Ad vitam enim bonam satis est, si quis Dei, & Ecclesie, & Superiorum suorum servet præcepta, fugiendo illa, quæ sunt sub peccato vetita, & faciendo ea quæ sine peccato omitti non possunt. Ad sanctam vero vitam, præter obseruationem præceptorum, requiruntur plurimi, scilicet, ut homo perfecte vivat, irreprehensibiliter, & quodammodo, diuinè, ad quod necessarium est, ut homo per Dei gratiam acquisierit omnes virtutes statu suo conuenientes in altissimo gradu & perfectione quæ in hac vita acquiri solet, à virtus perfectus & valde sanctis, quorum è numero sunt illi, qui à S. Ecclesiastis, quorum è numero sunt illi, qui à S. Ecclesiastis, sunt honore Canonizationis illustrati, vel, in numerum Beatorum relati, seu, ut communiter appellantur solent, Beatificati, per concessionem Sedis Apostolicæ, ut de illis Divinum Officium in eorum Anniversarii recitetur, & Sacrificii Missæ in eorum memoriam Diuina Maiestas offeratur.

offeratur. Erat bene S. Chrysostomus. Iuxta  
quorundam versionem latinam, eti non plenè  
non solum mandatio peccatorum facit, sed quedam  
emanentia & excellentia magna virtutum, præsentia  
spiritus, & bonorum operum opulentia.

In quibus verbis 4. Conditiones omnino ne-  
cessarias & sufficietes ad vitam sanctam ponit  
S. Doctor.

Prima conditio est vita puritas, à peccatis, libe-  
ra, que sic intelligenda est, ut non tam à  
mortalibus peccatis libera sit, sed etiam à ve-  
niabilibus plena deliberatione commissis, &  
indeliberatis non multis, sed raro contingentes,  
& non grauius nec periculosius, prout sunt  
me explicata in Opusculo de gradibus profe-  
cias. Hanc conditionem primam & quasi fun-  
damentum sanctæ viræ pulchritudine expressit S.

Dionysius Areopagita: Sanctitas est ab omni secle-  
ritate, & omnino perfecta, & omni ex parte immu-  
nitas ab omni mortali, actio virtuosa vnde id est,  
ex omni parte perfecta. Sancta enim vita prout  
hic de ea agimus, præter mundicias supradic-  
tas, ut bene dixit S. Chrysostomus, exigit emi-  
nitiam & excellentiam magnam virtutum, & bo-  
norum operum opulentiam, & præsentiam spiritus:  
hoc est, ut Spiritus Sanctus sit per gratiam san-  
ctificantem præsens in eius anima, qui vult esse  
Sanctus. Posset enim peccator à peccatis plenè  
conuersus, habere tres illos mundicias gradus, à  
S. Thoma supra commemoratos, nec tametsi  
esse in Dei gratiâ, & habere Spiritum Sanctum  
inhabitantem per gratiam iustificantem, eo  
quod peccata relicta, nondum contritione vel  
Dei amore vel Sacramento pœnitentia expia-  
uit.

Secunda ergo conditio est ad sanctitatem talentum  
de qua hinc agimus omnino & simpliciter ne-  
cessaria, ut qui Sanctus, hoc est perfectus, esse  
cupit tali Sanctitate quali erant praediti in San-  
ctorum & Beatorum Catalogum à Sede Apo-  
stolica relati, habeat in se & infusas & acquisi-  
tas virtutes omnes suo statui conuenientes in  
valde excelso gradu, quem S. Chrysostomus  
appellat, excellentiam magnam virtutum.

Porrò S. Thomas explicans hanc S. Dionysij  
sententiam ait, in hæ verbis tres gradus munditiae  
designari, qui ad sanctitatem requirantur. Primus gra-  
duis est, ut aliquis ab aliqua seruitute immunditia li-  
bereatur. Secundus gradus est, ut sit immunditia perfe-  
cta: perfectum enim est, cui nihil deficit. Contingit autem  
quandoque, quod aliquis quidem immunditia non  
sobaret, deficit tamen sibi aliquid ad munditiam, in  
quantum passionibus immunditia inquietatur, que  
cum tollantur, sit perfecta munditia. Tertius gradus  
munditiae est, ut sit omnino immaculata. Maculari  
vnum dicitur, quod non ab intrinseco sed ab extrinseco  
inquinatur. Erit ergo omnium immaculata munditia,  
cum non solum in se ipso aliqua puritatem habeat, sed  
etiam nihil est exterius quod eum ad immunditiam  
trahere posat. Et in his tribus munditiae gradibus ratio  
sanctitatis perfectè consistit.

Quæ S. Thomæ verba non ita intelligenda  
sunt, quasi sufficiat ad perfectam Sanctitatem

solum esse liberum à seruitute peccati & à pa-  
tiorum perturbatione, & ab externâ puritate,  
quia, & in religione tytones, & in seculari statu  
sunt multi innocentes adolescentes, qui post

acceptum usum perfectum rationis hæc tria ha-  
bent nec tamen vere sunt sancti. Immò in in-  
fantibus ante usum rationis, hæc triplex mun-  
ditia magis quam in adultis reperitur, nec tam  
illos S. Ecclesia colit eo modo, quo colit San-  
ctos Canonizatos vel Beatificatos, eo quod in  
illis non est ea plenitudo virtutum & actionum  
à virtute manans, quæ est in viris Sanctis,  
tali ornatis Sanctitate, qualem hic inquirimus.

Quocirca bene Ioannes Scotus in elucida-  
tione sententie S. Dionysij supra aflatæ scripsit  
In viatoribus, Sanctitas, est virtutum perfectio, immu-  
nitas ab omni mortali, actio virtuosa vnde id est,  
ex omni parte perfecta. Sancta enim vita prout  
hic de ea agimus, præter mundicias supradic-  
tas, ut bene dixit S. Chrysostomus, exigit emi-  
nitiam & excellentiam magnam virtutum, & bo-  
norum operum opulentiam, & præsentiam spiritus:  
hoc est, ut Spiritus Sanctus sit per gratiam san-  
ctificantem præsens in eius anima, qui vult esse  
Sanctus. Posset enim peccator à peccatis plenè  
conuersus, habere tres illos mundicias gradus, à  
S. Thoma supra commemoratos, nec tametsi  
esse in Dei gratiâ, & habere Spiritum Sanctum  
inhabitantem per gratiam iustificantem, eo  
quod peccata relicta, nondum contritione vel  
Dei amore vel Sacramento pœnitentia expia-  
uit.

Secunda ergo conditio est ad sanctitatem talentum  
de qua hinc agimus omnino & simpliciter ne-  
cessaria, ut qui Sanctus, hoc est perfectus, esse  
cupit tali Sanctitate quali erant praediti in San-  
ctorum & Beatorum Catalogum à Sede Apo-  
stolica relati, habeat in se & infusas & acquisi-  
tas virtutes omnes suo statui conuenientes in  
valde excelso gradu, quem S. Chrysostomus  
appellat, excellentiam magnam virtutum.

Porrò qualis sit ista magna excellentia Pri-  
ma cognosci potest ex Vitis hominum insigniis  
virtutibus, que Sexus, præsertim S. Francisci, S. Do-  
minici, S. Caroli Boromei, S. Ignatij, S. Xauerij,  
S. Catherina Senensis, S. Teresia, B. Marie Ma-  
gdalenæ de Pazzis. In his enim vitis repre-  
sentata est eximia & excellentissima Sanctitas, ad  
quam quis peruenire potest in hac vita: quas  
ideo propono lectoribus, quia facile inueniuntur  
ut ubique non æquæ vita aliorum Sanctorum  
difficile parabiles, sed non minus his exemplares.

Secundæ cognosci potest hæc virtutum ex-  
cellentia ad vita Sanctitatem omnino nece-  
ssaria, ex præclarâ doctrinâ à S. Thoma relata &  
aprobatâ, defumpta ex antiquis scriptoribus,  
procul dubio à Deo illuminatis, qui bene do-  
cuerunt in perfectis hominibus esse quasdam  
virtutes purgatorias, transuentum, & in Diuinam si-  
militudinem tendentium, ita scilicet, quod prudentia,

199.

1.2. q. 61.

a. 5.

Macrobi.

1.1. c. 8.

in

Somni.

Scip. &amp;

ibi Ploti-

nus.

omnia

omnis mundana. Diuinorum contemplatione deficiat; omnemq; anima cogitationem in Diuinā sola dirigat; temperantia verò relinquat, in quantum natura patitur, que corporis v̄sus requirit: fortitudinē autem est, vt anima non terreatur propter excessum à corpore, & accessum ad supernū iustitie verō est, ut tota anima conficiat ad huiusmodi proprieſtati viam. Quedam verò sunt virtutes iam aſſequentium Diuinā ſimilitudinem, qua vocantur virtutes iam purgati animi, ita felicitate, quād prudenter ſola Diuina intueatur: temperantia tērrenas cupiditatem nesciat: fortitudo paſſiones ignoret: iuſtitia cum Diuinā mente perpetuo ſaſdere ſocietur, eam feliciter imitando: quas quidem virtutes dicimus eſſe beatorum vel aliquorum in hac vita pefectissimorum. Hęc ex S. Thoma ſufficiente pro explicatione ſecunda conditionis ad vitā Sanctitatem requiriſt.

Sed quia quandoque contingit, ut virtutē antea Sanctissimi, in aliquod peccatum mortale deliberatē labantur, per quod Spiritus Sanctus ex anima, in quā tanquam in dilectissimā ſponsā ſuā habitabat, expellatur, quo tempore is, qui tali peccato ſe contaminauit Sanctus non eſt, nec dici potest (vti Davidi contigit) in turpi illo dupliſi laſpu injuriioso Betſabea & Vriæ eius marito) idēc eſti tunc virtutes morales acquiſita non excluantur ex anima, ſed ſola infuſione Theologicae & morales (reliktā tamen in animā virtute fidei & ſpej) ideo, inquam.

**199.** *Tertia conditio necessaria eſt ad Sanctitatem, praefentia Spiritus Sancti, per gratiam peccato mortali aduersantem, inhabitantis: & animam quodam modo ſupernaturaliter uiuificantis Sanctimonī ſuā. Dua enim vite ſunt, inquit: S.*

**In PL 70.** *Augustinus, una corporis, altera anime: ſicut vita corporis eſt anima, ſic vita anime Deus eſt. Quomodo ſi anima deſeratur moritur corpus; ſic anima moritur ſi deſerat Deus. Deſerit autem ob quodvis peccatum mortale, & tunc anima Spiritualiter moritur. Anima inquit Ezechiel Propheta cap. 18. qua peccauerit ipſa morietur. Non inuit, vt ait S. Bernardus l. i. in Feste SS. Petri & Pauli, qui ſuperbiā inflatur, qui luxuriā ſordidatur, qui ceterā infiicitur peccatis, quoniam non eſt hoc vivere, ſed vitam conſandere & appropinquare viſque ad portas mortis. Quocirca ad Sanctitatem vite necessarium eſt ita habere excellentes omnes virtutes, ne vniquam villo peccato mortali expellantur, vna cum Spiritu Sancto, qui non habitat in corpore ſubditō peccati, ut habetur Sap. 1. 4. Et quidem in Sanctis Viris eximis, ita ſunt benē radicatae virtutes, ut loquendo moraliter, quodam modo ex abundanti gratiā amitti per peccatum mortale non poſſint nec deberent. Talis erat S. Paulus Apostolus, qui de ſe ſcripsit Rom. 8. 38.*

*39. Certus sum, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus neque virtutes, neque crea- tura alia poterit nos separare à charitate Dei qui eſt in Christo Iesu Domino noſtro. Tales eſſe debent Sancti,*

Nam vt ait S. Bernardus ſerm. 85. in Cant. Verbo innixum, & induram virtute ex alto, nulla v̄ta, nulla fraſa, nulla tam illecebra poterit vel ſtancre deiſcere vel ſubijcere dominantem. Talem firmatatem virtutis, appellate ſoleat in bono ſenſu, obſervationem in bono, Tertullianus, Exhort. ad caſtr. c. 13. & l. de Spec. c. 1.

**200.** *Quarta conditio ad Sanctitatem omnino ne- cefſaria eſt, ut virtutes eximia, non ſint in homi- mine oſio, ſed perpetuō producentes fructus bonorum operarum excellentes, ut imitentur Apoſtolum dicentem de ſe: Gratiā Dei in me vacua non ſunt. Eſlet autem vacua, ſi non produceat perpetuō fructus bonorum operarum. Ideo in Euangelio aſſimilatur à Christo Domino gratia aqua ſalienti in vitam aeternam. Ioan. 4. 14. ut exponit S. Ambr. l. i. de Spir. Sanct. c. 20. com. Toledo in Comment. Sicut enim aqua ema- nans ē fonte perpetuō fluit, ita in hominibus Sanctis fontem Spiritus Sancti gratiarum au- thore in ſe habentibus, fons iſt, per aquam gratiae Virtutum originem, incessanter fluem- & in altum, per merita, gloriam cæleſtem conciliantia ſalienti, perpetuō produciſt bonorum operarum opulentiam. Quocirca S. Ber-nardus ait: Viri Sapientiā ſuam vitam, ſuam men- Ser. 6, in tem, ſuam conſcientiā eſſe vineam, in quā eſt vīta Cau- virtutis, botrus boni operi, & lignum fructiferum, non aridum, non ſterile, non mortuum, ſed viuens. Bo- na vinea iuſti, immō bona vinea iuſti, cui virtus vi- tū, cui actio palme, cui vinum teſtimoniū conſcientia noſtra. Apud Sapientem vacat nihil: Sermo, cogitatio, conuerſatio, & ſi quid aliud eſt ex eo, totus Dei agri- cultura eſt, Dei adiutorio eſt, & vinea Domini Sa- baob. Quid denique illi de ſe perire poſſit, quando & folium eius non defluet? Et ſerm. 47. in Cant. Lectu- lus, inquit, reffersuſ floribus, conſcientia eſſe boni re- ferta operibus: nequaque ſufficit ſemel vel ſecundū operari quod bonum eſt, niſi inceſanter addas noua rediotionibus & metas.*

*Apud ignauos (quales non ſunt Sancti) ait S. Ambroſius, nulla ſunt inſignia virtutis: apud Sa- Cain & plentes (& hi ſunt Sancti) prima habentur: ſtudia enim virtutis, (qui ſunt operum bonorum ex- ercitia inceſtantia) quedam inſtrumenta ſunt. Ita- que ſicut bellator ſine armis eſt non poſteſt, ita nec ſine exercitatione virtus. Exercitatio autem eſt bono- rum operarum opulentia, ultimo loco ad Sanctitatem requiſita iudicio S. Chrysostomi.*

**201.** *Hę ſunt quartā Conditiones Sanctitatis perfectæ, intra quas, hę ſigna perfectæ virtutis includuntur. Primo omnia operari perfectiſimè, hoc eſt, iuxta lumen & dictamen rectæ lutem & dictamen rectæ rationis, & doctrinā S. Scripturæ & S. Ecclesiæ, & preſcriptum ſuorum Superiorum, & Regularem propria Con- gregationis, & iuxta internas iſpirations, ſupradictis quinque illustrationibus & doctrinis confor- mibus, inter quas perfectiones benē ope-*

operari sunt duæ, ut omnia opeta fiant cum summa diligentia, & Spiritus seruore. Secundum. In omnibus occasionibus bene operandi eligere id, quod perfectius est. Tertius. Inter eque perfecta, eligere id, à quo magis amor proprius abhorret, & quod Christi vita, pauper, afflictæ, despectæ, conformius est. Quartus.

Tolerare omnia aduersa, non tantum patienter, sed etiam liberter, vixim etiam cum gáudio & exultatione saltem parris superioris.

Quintus. Insatiabili desiderio teneri quam plurima bona faciendo, & quam plurima mala penalia pro Deo tolerandi. Sextus. Exterius viae irreprehensibiliter. Septimus perpetuo profice in virtutibus. Octauus. Omnes temporis particulas in operibus meritoris traducere. Non. Omnia & facere & pati purè propter Deum, non desiderando ob id villam remunerationem in hac vita & in altera. Decimus. Tam in prosperis quam in aduersis perfectam conformitatem habere cum Divinâ voluntate, per ipsum & per suos Vicarios declarata, sine villa exceptione & tergiuersatione in ea exequenda. Undevimus. Certum eriam Sanctitatis signum est prater omnia illa que supra allata sunt, ferre rectum iudicium de rebus & personis (& nobis fauientibus, & contrariis ac nonis aduer- fiantibus) sine illo inordinato affectu amoris & auctorionis. Duodecimus. Certissimum est, viros Sanctos, quod magis in virtute crescent, eo fieri miiores, affabiores, &c, vt ita dicam, magis phlegmaticos & temerosos, in puniendis aliorum culpis, & maiore commiseratione prædictos erga affilios & imperfertos ac delinquentes, & favorabiliora ferentes iudicia de aliorum dotibus ac talentis natura & gratiae: iuxta illud S Gregorij Papæ: *Vera iustitia compas- sione habet, salsa verò designationem.*

Aliter S. Bernardus describit Sanctitatem, breuiter quidem & compendiosè, sed in eius brevibus dictis comprehenduntur fusiùs dicta à S. Chrysostomo. Sanctum facit, affectio Sancta, & ipsa gemina: Timor Domini Sanctus, & Sanctus amor. Huius perfectè affecta anima, veluti quibusdam dubio brachii suis comprehēdit, amplectitur stringit, tenet, & ait: Tenui eum, nec dimittam. Vbi est enim Dei timor & amor illius sunt omnes illæ conditions quas ex S. Chrysostomo attuli ad sanctitatem perfectam requisitæ.

Alio vero in loco idem Sanctus sic ait: Tria sunt que sanctum faciunt hominem: *victus sobrius, alius iustus, sensus pius.* *Victus sobrius erit, si continenter, si socialiter, si obedienter, id est castè, charitatiuè, humiliter vixerimus.* Per continentiam enim castitas, per socialitatem charitas, per obedientiam humilitas acquiritur. Et hæc est virtus que animam perfectè Dio subditam, sub rimbra, alarum ipsius securè facit rire. *Alius iustus erit, si fuerit rectus, discretus, fru- diosus.* Rectus per bonam intentionem, discretus per mansaram possibilis, fru diosus per vitilitatem.

proximorum. *Sensus pius erit, si fides nostra Deum sentit summè potentem, summè sapientem, summe bonum, vt per eius potentiam nostram credamus adiuvari infirmitatem:* Per eius sapientiam nostram credamus corrigi ignorantiam: per eius bonitatem, nostram credamus dilui iniuriam.

### CAPUT TRIGESIMVM TERTIVM.

*De modo colendi Deum, per imitationem diniarum SS. Trinitatis personarum.*

Primo imitanda est SS. Trinitas in hoc, ne vnguam quantum fieri potest, peccemus. Quod cum in hac vita de lege ordinaria fieri non possit, & soli Christi D. Humanitati ac B. Virginis Mariæ fuerit concessum, saltem vitemus peccata omnia illis modis, quos posui in Opusculo de Indiciis & gradibus spiritualis profectus cap. 1. & 2. & iterum in Opusculo de quatuor F. cap. 2.

Secundo, imitandus est Deus non solum in non peccando vnguam, sed etiam in quadam morali impossibilitate peccandi, tali qualiter explicauit in Opusculo de Indiciis & gradibus profectus c. 1. n. 52. Nam vt ait S. Dionysius Areopagita: *Oportet nos, se ad communionem Dei ad- huc. Eccl. spiramus, diuinissimam eius in carne vitam contemplari, atque sanctam eius impeccantiam,* (alia versio habet, impeccabilitatem) ad Deiformam & immaculatum statum contendere. *Hac namq; ratione prout nobis congruit, similitudinem suam novis communicabit.*

Tertius, imitandus est Deus in caritate passiōnum, quibus etsi carere non possumus, vt ille, possumus tamen cum diuina gratia eas moderari, & acquirere earum dominium, illis modis, & in illis rebus situm, quas recensuit in Opusculo de Dominio passionum c. 12. & 14. & sequent. & in Opusculo de Indiciis & gradibus profectus cap. 3. & 4.

Quarto, imitandus est Deus in perfectè operando, tum ob perfectissimum finem, tum perfectissimo modo, quem tradidi in Opusculo de quatuor F. cap. 3. & 4. & in Opusculo de Indiciis & gradibus profectus cap. 8.

Quinto, imitandus est Deus in plenitudine infinita Sanctitatis & omnium virtutum eius naturæ conuenientium in infinita excellētiā, procurando, vt diuinæ eius gratiæ cooperando, per continuum in virtutibus progressum, conuenimus quam maximè & quam propinquissimè accedere ad perfectissimos gradus omnium virtutum nostro statui & conditioni conuenientium, iis modis, quos ostendi in Opusculo de Indiciis & gradibus profectus cap. 9. 10. 11. Et si tā diu Deus vita & gratiæ suam dedērit, ostendam in Opusculo quod melior, de natura, gradibus, & ornamentis singulatum virtutum.

Sextus,